Instrumentum protestacionis de coram gravamine
pro investitura nomine presentacionis

Coram Reverendo in Christo patre et domino domino Ulrico Episcopo Termopolensi Suffraganeo et
Vicario in spiritualibus Reverendi in Christo patris ac domini domini Johannis Episcopi Wratislaviensis ac
in mei notarii publici et testium infrascriptorum presencia personaliter constitutus
discretus vir dominus N. Rector ecclesie in Ostbiza Wratislaviensis diocesis supplicavit
eidem domino Ulrico Episcopo Suffraganeo et Vicario in spiritualibus ut pro investi-
tura eidem Boguslao de dicta ecclesia in Ostbiza septem sexagenas grossorum
reciperet cui dominus Ulricus respondit se minus recipere nollet nisi decem marcas
grossorum Super quibus omnibus Boguslaus me notarium etc.

Constitucio una ad substituendum procuratorem

Constitutus personaliter etc. ut supra et nomine procuratorio huiusmodi etc. prout
inter cetera sibi unum vel plures procuratorem vel procuratores substituendi potestatem
dictum mandati tenore et modo michi notario clarius constabat atque con-
stat vigore cuius mandati omni modo atque forma quibus potuit et debuit
substituit atque suo nomine constituit discretos viros etc. absentes tamquam
presentes omnes in solidum ita quod non sit melior condicio occupantis sed quod unus inceperit alter
eorundem prosequi valeat et finire mediare et terminare ita et eo modo prout ipsi
constituenti procuratori competit competebat et competere potest vigore mandati principalis
dans eis et cuilibet eorum in solidum nomine quo supra plenam potestatem
ac mandatum et omnimodam potestatem ad agendum defendendum etc. ac singula alia
etc. Nicholaum constituens eisdem suis procuratoribus plenum mandatum loco sui
vel eorum cuilibet unum vel plures procuratorem vel procuratores substituendi promittens etc.

Appellacio cum aliquis nollet iudicare

Nomine N. clericus de Witholwo animo et intencione ~~proponit~~ appellandi proponit
et dicit quod licet iusticiarius in Gnesna curie et advocato et aliis iudicibus de Cam-
berg pro parte dicti N. suis procuratoribus in creditoribus debitoribus et in-
iuriis dicto clerico petivisset vos tamen domine officialis noster de ius in-
stanciam mandati vel precepto dicto Andree iusticie complementum
suis dictis creditoribus denegastis. Sentiens igitur idem sepe gravatum
timensque in posterum etc. a predicto denegacione iusticie et ab aliis vobis
gravaminibus ad sanctam sedem metropolitanam Gneznensem in hiis scriptis provocat
et appellat petit apostolos ut moris Salvo iure addendi minuendi seu alias de novo faciendi etc.

Ad peticionem sive libellum Nobilium a. b. c. et aliorum litis partis consorcium q
se dicunt Iusspatronatus ecclesie in C. habere procurator nominibus procuratoris Nobilium
d. et ff. ac aliorum fratrum eorum dicte litis consortium et honorabilis viri domini
wenceslai Canonici presentati ecclesie in b. nomine ecclesie sive eius litis dicit et negat
narrata prout narrantur in predictis libellis esse vera et si aliquid plures
contra obiciat excipit et dicit quod ipsi domini et ff. et alii fratres eius litis co-
sortes ac eorum progenitores a xxx. xxx. citra vel ultra per tempus et
tempora cuius inicii in contrarium memoria hominum non existit fuerunt et fuerint Ius-
patronatus ecclesie predicte in Cziczowo Et cum vacare contingit contingebat
ydoneam personam presentarunt presentavit et ad eorum presentacionem fuit et erat
instituti per loci ordinarium Canonici et ecclesie presentati ecclesie incorrate ut in suo
libello sufficienter deduxerunt, deinceps procurator offert se probaturum et ad pro-
bandum petit si opus fuerit se admitti Unde dicit petita fieri non debere
Et petit dictum suum Clientulum dominum W. ad predictam ecclesiam Canonicum in-
statutum ut in antea possidere debet ipsisque a. b. c. et fratribus eorum super
iure Iusspatronatus dicte ecclesie, prothacionem perpetuum silencium imponendum fore
et impon prout alias in libello petitum est

Wladislaus dei gracia Rex polonie lithwanieque princeps
Supremus et heres Russie etc.

Reverendo in christo patri domino Johanni dei gracia Episcopo wladislaviensi grate nobis dilecto Sa-
lute et sincere karitatis continuum incrementum. Ad vestram paternitatem Strenuum woy-
slaum Cotka Subdapiferum Brestensem militem nostrum et honorabilem virum Johannem
plebanum in Jassel Aule nostre notarium fideles nostros dilectos Intencionibus
nostris plenarie informatos et distincte dirigimus eandem v. p. requirentes quibus
vestra in referendis ex parte nostra fidem adhibere dignetur prout habere potuerimus
creditiva datum in Inuenicladislavia feria tercia in festo corporis christi Anno domini etc.

Monicio

Sandivogius decanus et Capitulum Crusviciensis ac Officialis wladislaviensis dioecesis vir-
rectoris Sancti petri in Inuenicladislavia et presentibus requisitis Salutem in domino ma-
ndamus vobis in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena quatenus accedentes personaliter
Andream clericum ministrum olim in hospitali extra muros in Inuenicladislavia si
primo presencialiter habere poteritis alias in ecclesia vestra publice pronunciantes mone-
atis quem et nos presentibus monemus ut infra Nove dierum spacium a die mo-
nicionis immediate sequentis Quindecim grossos ex quibus in quibus pro vobis Summa
est contemptus Elizabeth Uxori Nicolai in Inuenicladislavia det duos
grossos pro termino processu det solvat ac eidem satisfaciat realiter cum effectu
Alioquin dicta Canonica monicione premissa ipsum excommunicamus in dei nomine in
hiis scriptis eciam et vos si ut permittitur excommunicatum denuncietis vestris in
in ecclesiis singulis diebus dominicis et festivis tam diu donec aliud
fuerit in mandatis datum Racziaus die xv mensis Novembris etc.

Aggravacio

Sandivogius decanus et Capitulum Crusviciensis et Officialis wladislaviensis dioecesis vir-

145

vicario in Bromislaw et presentib[us] requisitis Salutem in d[omi]no Janduch Ossanna
olim Bernonis Sculteti[ss]a in Abich multas excommunicacionis sentencias in personam ob non solucionem
quatuor sexagenarum quas dudum soluere debuit Petro filio Gnadi late su-
stinuit et hactenus sustinere non formidat animo suo indurato in dampnatam mortem
dampnacionis in sue salutis periculum ac in scandalum et perniciosum exemplum plurimorum Nos
igitur attendentes quod crescente contumacia multo crescere debet et pena et
ne huiusmodi facti perversitas ab aliis presumptoribus trahatur in exemplum dictas multas
excommunicacionis sentencias in personam innouatas et innouandas excommunicamus et aggrauamus
in nomine domini in hiis scriptis Quare vobis sic ut premittitur excommunicatam et aggrauatam
vos in ecclesiis singulis diebus dominicis et festiuis pulsatis campanis et
candelis accensis et extinctis ac demum in terram proiectis Faciendo ipsam in
Salutacionem locucionem emptore via foro cibo aqua igne balneo hospiciis
recepcionem et quouis actu consilium etiam euitari Tam diu premissa
exequendo donec a nobis aliud habueritis in mandatis Datum [etc.]

Interdictum vel Reaggrauacio

Sandiuogius decanus et Canonicus Cruswicensis ac Officialis Wladislauiensis dilectis vicario Rectore
Ecclesie in Bromislaw et in Radziow et presentibus requisitis Salutem in domino Quia dudum
Ossanna Relicta olim Mathie Bernonis Sculteti de Abich multas excommunicacionis et reaggrauacionis
Sentencias in personam ad instanciam Petri filii Gnadonis clerici de Bromislaw ob non solucionem
quatuor sexagenarum predictas latas sustinuit et hactenus sustinet animo suo moribus
dampnabiliter insanabili indurato sue salutis magnum in periculum et in scandalum perniciosum
plurimorum Nos igitur attendentes quia crescente contumacia multo crescere debet et pena
Et ne huiusmodi facti peruersitas ab aliis presumptoribus trahatur in exemplum delinquendi Et
quod diuturnitas temporis qualitercumque scelerum non minuit sed augmentat dictas excommunicacionis aggrauacionis
et reaggrauacionis Sentencias duximus innouandas easque innouando mandamus vobis
in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena quatenus adhuc supradictam moneatis
Ossannam prefatam personaliter quam et nos presentibus monemus ut infra tres dies a die
monicionis vestre contumacie computandos ad gremium sancte matris ecclesie redeat et sic a dictis
suis sentenciis absolui procuret Alioquin dictam Ossannam monicione premissa elapsis
dictis tribus diebus dictas excommunicacionis aggrauacionis reaggrauacionis et aggrauacionis reaggrauacionis
sentencias in dei nomine in hiis scriptis excommunicamus et vos sic ut premittitur excommunicatam ag-
grauatam et reaggrauatam vos in ecclesiis publice infra missarum sollempnia pulsatis
campanis candelis accensis et extinctis ac demum in terram proiectis singulis diebus et
festiuis denuncietis Faciendo ipsam in salutacione locucione empcione cibo potu bal-
neo igne aqua hospiciis suscepcione et quouis actu consilium etiam a cunctis euitari
ffamilia eius ipsius adimus et eciam remouentes sacramentis preterquam morientium
baptismatisque paruulorum solummodo demptis Loca vero et Opida villas Castra predia
ad que dicta Ossanna peruenit et quamdiu in eis moram traxerit in hiis scriptis
ecclesiastico supponimus interdicto Tam diu premissa exequendo donec a nobis aliud
habueritis in mandatis Datum [etc.]

Contumacia

Sandiuogius decanus et Canonicus Cruswicensis ac Officialis Wladislauiensis dilectis vicario in Bro-
mislaw et presentibus requisitis Salutem in domino Citata Anna Relicta Nicolai laici de olim
Bromislaw ad instanciam prouidam etatis ad instanciam Petri clerici de Abich in termino peremptorio
sibi per nos prefixo comparere non curauit Ideo tamen Petrus vero nobis comparente
et ipsius contumaciam instanter accusante Nos eandem ipsius contumaciam ipsum
reputamus et pronunciamus contumacem et ob huiusmodi contumaciam ipsam excommunicamus

primonie dicto in scriptis exprimam et vos nos remittitur excommunicatum denuncietis singulis diebus dominicis et festivis. Tamdiu premissa exequentes, donec a nobis aliud habueritis in mandatis. Datum

Citacio ad presidentiam

Sandivogius decanus et Capitulum Gneznensis, vicarius in spiritualibus generalis Reverendi in Christo patris et domini domini Johannis dei gracia Episcopi Wladislaviensis ac Officialis eiusdem, discretis viris .. Rectori prochialis Ecclesie in Przyjpust et vicario in Obrachlino ac qui presentibus fuerint requisiti. Salutem in domino. Licet iuxta sacrorum canonum exigenciam Ecclesiarum Rectores et ministri in ecclesiis et beneficiis quorum curam et Regimen susceperint teneantur residere personaliter et in eisdem in divinis officiis debite deservire, ac cura commissas sibi spiritualiter animas curare gerere optime, hoc tamen non obstante honorabilis vir magister Martinus plebanus de Obrachlino sed pocius lucro intendens, ac ecclesia destitutam sine cura preter hoc, piscinam Jeruschanos ad instar debuit est audiens, mathema abiecta cura animarum sue salutis et animarum sibi commissarum immemor, a sua ecclesia tempore longo contra canonum dispositionem se absentat, unde et scandala pervenerunt et plura maiora pericula eveniunt, quibus precavere possimus salubriter obviare cupientes, vobis in virtute obediencie et sub excommunicationis pena districte precipiendo mandamus, quatenus moneatis honorabilem virum dominum Martinum plebanum in Obrachlino quem et nos presencium tenore monemus, ut infra octo dierum a data presencium continue computandum, quorum quinque primo quinque pro secundo et reliquos quinque pro tercio et peremptorio termino ac monicione canonica eidem deputamus, sub synodali ac excommunicationis penis ad suam ecclesiam revertatur et apud illam residendo personaliter indebitis officiis deserviat ut tenetur. Et nichilominus ipsum citetis ut infra eundem terminum coram nobis Raciazii in domo habitacionis nostre hora terciarum personaliter compareat, quo iure ipse se tanto tempore a sua ecclesia absentaverit ostensurus. Alioquin contra ipsum non obstante absencia eiusdem ipsum quemadmodum iuris suaserit ordo dante domino procedemus. Datum Raciazii die vii mensis Marcii Anno domini Millesimo quadringentesimo xlviii° etc.

Sandivogius decanus et Capitulum Gneznensis ac vicarius in spiritualibus generalis Reverendi in Christo patris et domini domini Johannis dei gracia Episcopi Wladislaviensis et Officialis eiusdem Salutem in domino. Cum a discretus vir dominus Johannes Rinsz Rector Ecclesie parrochialis in Bromislaw ab eadem sua Ecclesia absque sui licencia ordinarii recessit non derelicto vicario qui eidem possit et presset. Ne igitur apud Ecclesiam predictam divina vacent animarum periculum aliquod in Ecclesia ministrandi plebi eiusdem ecclesie negligencia committatur, ideo dictam curam in sacramentis ecclesie ministrandis discreto viro domino Mathie de Marowo vicario in Cathedrali Regimen ecclesie dicte ecclesie infra hinc et dominicam pasche inclusive tenendum committimus animarum. Precipimus vobis salario eorum ex quo de plebi suam eiusdem ecclesie tamquam Commendatori obediant, pareant et intendant tamdiu donec idem Rector compareat eidem de Rectore. Datum in Castro Raciazii die xxvii mensis Januarii Anno domini etc.

Lonneck

Copia super libertate laborum (Wladislaus dei gracia Rex Polonie etc.

Strenuis et nobilibus Jacobo de Koncopole Cuyavie et Adalberto Malsky dobrinensi Capitaneis et ceteris Burgrabiis nostris fidelibus dilectis presentes requirentibus graciam regiam et omne bonum. Strenui nobiles fideles dilecti. Reverendus in Christo pater dominus Johannes Episcopus Wladislaviensis nobis sincere dilectus pulsat aures nostras monstratis querulose proponendo quod kmethones villarum sui Episcopatus Wladislaviensis nimis laboribus contra privilegia et libertates ecclesie predicte Wladislaviensis per vos et officiales vestros opprimuntur ad castra

X

ura et allodia certa continue laborare. Ut igitur kmethones villarum dni Epi wlad.
predicti coram nra maiestate et dno Epo de hmoi laboris et aliis oppressionibus querulantur
ipos ab omnibus castrorum et allodiorum nrorum laboribus et similibus quibuscunque absolvimus et
tenorem presencium relaxamus ad unius integri anni duntaxat et
fidelitati vre et vestre voluntati mandamus omnes et singulos kmethones abbatis
Epi wlad. ita tamen quia ipos contra ... conservare libertate nec ipos ad ali-
quos labores seu similia ... compellant ... sub optentu ... in Brest etc.

Johannes dei gratia Epus wlad.

Domine Officialis Vadatis ad dnm Regem in wlad. et interrogetis eum Si velit observare pro-
missionem dni ducis Wytoldi mihi et ipsum et si dicet quod velit dicatis ei quod astrin-
get illos quod Jarzgnewycze fidemissorie cautionem forti Marcus et Modlibogium
... dicatis ei quod det in ... dni Marschalci et Johannis Szczekoc-
ski Capitanei maioris Polonie quod promittet in ... adductu infra hinc et ...
annum et medium ... si dns Rex satisfaceret secundum ... ducis
Wytoldi et vellet venire ad ... quia totiens sum ... promotus quod volo
facere ... quod nolo credere nisi ... et palpabilia. Item dicatis dno meo
Regi quod si hoc facere non velit quod ego appellabo ab omnibus ...
et aliis ... non possum ... vite mee ... metu ... qui cadit
in constantem virum et ... volo ... bona que sunt sub rege quia personam
... eum etc. et forsan ... dns Rex faciet quod cum me Justicia ...
non potest quod istos ordinet qui me ... repellet et dicatis
dno Regi si dicet quod vellet libenter ... dicatis ei quod det illi ad
... vite mee ... libertate et nullus Capitaneus ... me ... non
... Ab volo scire quid Regi tenear vel quod dns
Rex Epo tenetur facere ... mediante ... die ... Item finaliter
interrogetis dnm Regem si ... mittere in Gnezna vel ... quia dns doctor et
Nicolaus de ... dixerunt quod dns Rex nichil omnino vellet facere etc.

Relaxacio interdicti

Wandalinus decanus et Canonicus Crusviciensis vicarius in spiritualibus generalis Rev. di
in Christo patris et dni dni Johannis dei gratia Epi wlad. ac Officialis eiusdem discretis ... Rec-
toribus Ecclesiarum parochialium in Junivladislavia Salutem in dno Cum a medico eccle-
siastico in Ecclesia una sit latum et fulminatum ... statutorum provincialium nrorum
... quod quidam Nobilis Nicolaus Modlibogii heres de Modlibozyce ut ... cum
quibusdam suis ... complicibus in ... dnm Petrum ... Canonicum
Crusviciensem ausu sacrilego ... fuit causa ... tum ... velut
non loco parochie tue nec ... parochianis sed ... omnino sicut ...
... dno Nicolai ad instanciam dni
dni Petri ... marcas ... dnm ... Suffraganei wlad.
... Nos igitur ... te et tuas
parochianos duntaxat in Civitate Junivladislavia et suburbio eiusdem Civitatis demorantes
... et enormi ... dni Petri lesione fuisse et esse penitus immunes
... ut ... dni Petri ... Canonici Crusvicien-
... Ecclesia ... Excommunicacionis et mandatis ... Rev. di patris
dni Johannis Epi wlad. tenorem ... nomine tamen ... sepultura in Ecclesia
parochiali ... muros Junivladislavia et ... dnis Civibus
et suburbanis eiusdem Civitatis Junivladislavia relaxamus Mandantes ut ... aliquem
... in Cimiterio vel Ecclesia ...
... muros ... sepelliri cadaver ... mortui permittas etc.

Sandivogius etc. discreto etc. Salutem in domino. Exposuit provide coram nobis intelleximus
qua quidem W. et K. de B. post contractum in facie ecclesie cum lapsum duorum annorum cum ea
qua dicitur sollempniter matrimonium infra certos annos durantes cum inter vir diligenter
operam non potuerunt debitum reddere coniugale quoniam non K. prima B. sponsa. Ut pro-
simul assentit quod prima W. tamquam impotente et ad huius matrimonii penitus inhabilem
et non cognovit illud starent. Cum itaque ut coram nobis deduxisset prenarrata pro dissen-
in talibus fieri consueta jam clare didicerit ita esse utrumque W. fuisse antea et
nunc esse valet frigidis atque insuper adeo pauperes et egenos quod procurandi divor-
cio coram nobis testibus quae inducendis omnino non sufficiat de vero legaliter de qua
in dubia fidem gessimus et hactenus gerimus confidentes in premissis Committimus vobis
et mandamus quatenus ipsis W. et K. vocatis recepto cum omnia ab ipsis juramento
corporali si insuper ita pro per positum juridice fuisse et esse prout dicebat coram vobis
ad hunc esse dixerint affirmantes ipsos ab invicem auctoritate ordinaria qua vos nichil dicta
vat tamen plenarie fungi volumus per presentes separetis ipsi K. cum quo maluerit matri-
monialiter contrahendi concedentes facultatem testes vero si qui vobis nichil fuerint utrumque
sese odio vel rubore subtraxerint propterea censura ecclesiastica compellatis veritati testimonium perhibere. Datum

Reverendo in Christo patri domino .. dei gracia episcopo Wladislaviensi eiusque in spiritualibus vicario generali et Officiali
ecclesie Wladislaviensis predicte ac aliis omnibus et singulis quorum interest vel interesse poterit et quos infra-
scriptum tangit negocium seu tangere poterit quomodolibet in futurum quibuscumque nominibus censeantur
Committit et dimissum et presertim vobis Sandivogio decano Crusviciensi et Officiali
Wladislaviensi Judici cause infrascripte principali ac Johanni gerenti se pro rectore Scole in
Radzeiowo nuncupato clerico kathedralis Wladislaviensis Rectori in Raczans et
vicario in Radzeiowo ... Archidiaconus Lanciciensis nuncupatus Canonicus et Officialis
sancte Gneznensis ecclesiarum Salutem in domino et presentibus fidem indubiam in commissis
studiosam diligentem. Ad nostram ... Honorabilis Johannes de Grodzysko Advocatus
causarum Consistorii Gneznensis procurator et procuratorio nomine ut asserebat domini
Martini plebani de Radzeiow coram nobis ad jura reddendum causasque audiendum in-
dicio pro tribunali presidentes judicialiter comparens reproducta citacione debite execu-
ta ad audiendum nostre emanata in vim appellacionis a quadam sentencia diffinitiva
memorati domini Sandivogii Officialis lata pro parte dicti Johannis Rectoris Scolarum
et contra dominum Martinum plebanum in causa que coram ipso domino Sandivogio de-
cano et Officiali etc. et super decima grossorum pro vigilialibus et aliis in juribus auctoritate
ordinaria ventilabatur ad sanctam sedem metropolitanam Gneznensem interposita accu-
savit contumaciam dicti Johannis ut tunc requirebat non comparentis nec appellacionem
illo vel inscripte impugnantis petens ipsum reputari contumacem in pena Appellacionis
Romani pontificis dicta Johannis citra prorogacionem jurisdictionis nostre compulsus coram
procuratoris et tunc ad dictam contumaciam ut ad ea que juris fuerint faciens
petentis que ipsi statuimus peremptorie et competente. Post quod prefatus Jo-
hannes Grodzysko nomine quo supra nobis cum instancia supplicavit quatenus
vobis omnibus et singulis dominis memoratis ne in causa huiusmodi coram nobis pendente de causa
aliquid attemptaret inhiberemus et nostras inhibicionis litteras decerneremus
in forma solita fieri et consueta. Nos vero peticionem huiusmodi juri ut pote et
racioni consonam attendentes quodque justa petentibus non est denegandus assensus
vobis omnibus et singulis tenore presencium duximus inhibendum et inhibemus
ne vos Reverendissime pater domine Episcope vestri in spiritualibus vicarius generalis nec non
vos domine Sandivogie decane ceterique alii supradicti quorum interest vel interest

seu incidisse petit per se vel alium seu alios directe vel indirecte publice vel occulte seu quovis quesito colore in huiusmodi causa litependente in Curia in Wilpe aliquid attemptare innovare presumat aut alter eorum presumat vel presumant in dicti ac contemptum Jurisdictionis nostre ac preiudicium dicti domini Martini appellantis quavis racione Alioquin si secus fecerint fuerit id totum revocare et ad statum pristinum reducere donante domino curabimus iusticia mediante Vos vero Ebdomadarie in Wlada et Rectorem in Radzeow Ecclesiarum predictarum in virtute sancte obediencie et sub pena excommunicacionis quam in vos et vestrum quemlibet trina canonica duntaxat dierum monicione premissa in hiis scriptis ferimus nisi mandatis nostris huiusmodi cum effectu paruerit districte precipiendo mandamus quatenus personaliter accedentes memoratos dominos Episcopum prefatum vicarium in spiritualibus dominum Sandivogium officialem ac Johannem Rectorem Scole in Radzeow si commode accedi poterint Alioquin in Ecclesiis vestris publice pronuncietis ipsos predictam inhibicionem in huiusmodi inhibicione in simul et intimacione notificantes caventes ne de premissis aliquam ignoranciam valeant allegare. Et die vero execucionis huiusmodi et quicquid in premissis feceritis per vestras patentes litteras aut instrumentum publicum harum seriem sine designacionem nostre continentes seu copiam continentia remissis presentibus nos reddatis certiores. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum presentes nostras inhibitorias litteras scribi iussimus Officiolatus Sigilli nostri iussimus communiri. Actum et datum Gnezne die Saturni decima quarta mensis May Anno domini millesimo quadringentesimo decimo octavo.

Commissio ex parte testium. Sandivogius decanus et Canonicus Cruswicensis vicarius in spiritualibus generalis Reverendi in Christo patris et domini domini Johannis dei gracia Episcopi Wladislaviensis et Officialis eiusdem generalis Honorabili viro domino N. Rectori parrochialis Ecclesie in Gdansk Salutem et fraternam in domino caritatem et mandatis nostris firmiter obedire Noveritis quod Elizabeth mulier de Gdanczk quendam Henricum assertum Clericum de ibidem pravas accionem litis in Judicium evocasset et evocavit tandem termino veniente ipsis partibus coram nobis comparentibus Elizabeth mulier oblata Citatoria debite executa egit in et contra eundem proponens Andream predictum vel alterum quod licet ipse Andreas cum Elizabeth predicta contraxisset matrimonium per verba de presenti tamen ipse Andreas horum in facie Ecclesie consummare non curavit neque curat verumtamen petivit eundem Henricum ad consummandum ipsum matrimonium in facie Ecclesie compelli Ex adverso ipse Henricus Gleser animo litem contestandi negavit narrata prout narrantur et petita fieri non debere tandem nos auditis posicionibus et responsionibus ipsa Elizabeth intencionem suam probare mandavimus prout petebat Sed propter loci distanciam et viarum discrimina ipsius Vratzlaus se commode inducere non posse peciit ad instanciam ipsa Elizabeth quatenus recepcionem et examinacionem huiusmodi testium alicui ydonee persone in Gdanszk committere et ipsi super hoc nostras litteras dirigere dignaremur Nos vero Sandivogius decanus et Officialis predictus peticionem huiusmodi Juri et racioni consonam attendentes vobis de cuius industria et legalitate fiduciam in domino pleniorem obtinemus examinacionem et recepcionem huiusmodi testium quos ipsa Elizabeth duxerit nominandos et inducendos duximus committendam et committimus presentibus hortantes vos in domino quatenus vocatis dictis testibus ad presenciam vestram ipsos in presencia partis adverse ad hoc legitime citate alias in contumaciam infra hinc ad duos menses assumpto ad vos Notario fidedigno quem ad hoc duxeritis eligendum recipiatis primitus a quolibet

testium nostro condicionem proprie dicenda veritate super qua per vos requisiti fuerint nostra industria ac vobis collata scitote et diuisim super articulos in presenti vobis litteris remissionis dictis examinare curetis Attestaciones vero seu dicta huiusmodi testium per vos examinatorum vna cum presenti remissione necnon toto processu contigerit que in facta examinis testium corpus vos habere clausas ligatas et sigillatas ac aliis talibus modo et forma dispositas quod eis apud nos in iudicio et extra plena fides adhiberi valeat personaliter et fideliter ac iuratam nunciam infra dictum terminum nobis Casus Kalizans et aliis competencius poteritis transmittatis Testes vero qui nominati fuerint si se gracia odio vel fauoris subtraxerint censura ecclesiastica mediante cogatis testimonium veritati perhibere Datum Kalizans penultima die mensis Aprilis Anno domini millesimo quadringentesimo xlvij Indiccione vndecima pontificatus Sanctissimi in christo patris domini domini Martini pape quinti Anno primo Sub nostro Officialatus presenti Subimpressione

Reverendissimo in christo patri et domino domino Johanni dei gracia Episcopo eiusque vicario in spiritualibus et Capitulo ecclesie Wladislauiensis ac aliis omnibus et singulis quorum interest intererit seu interesse poterit et quos infrascriptum tangit negocium seu tangere poterit quomodolibet in futurum quibuscumque nominibus censeantur coniunctim et diuisim et presertim vobis Thome de Dobrzycziczye et Nicolao Kednar Paulo Clustom Lapinoszowicz Stachne vlicer de Kalizans nec non domino Sandiwogio decano Crusuicensi et Officiali Wladislauiensi Vincencius Archidiaconus Lanciciensis nec non Canonicus Gneznensis et Officialis sancte Gneznensis ecclesie Salutem in domino et presentibus fidem indubiam fuerit adhiberi Noueritis nos hodie ad iura reddenda pro tribunali sedentes iustum publice de manu Stanislai Nicolai de Lancicia clerici Gneznensis diocesis publici imperiali auctoritate notarii Appellacionis parte discreti viri domini Johannis Mathie de Kuczesselwo presbiteri Ploczensis diocesis nunc capellani Strenui et Nobilis viri domini Alberti Malsky Capitanei terre Dobriciensis ad sanctam sedem metropolitanam Gneznensem interposite recepisse quod licet vos Reverendus in christo pater et dominus dominus Johannes Episcopus Wladislauiensis nunc prima die mensis Nouembris contra eosdem viros processus monitorios et comminatorios ac in eiusdem tenore nisi cointerem eumque dominum Albertum predictum Capitaneum Kalizans cum iuribus et redditibus Et pro contumacia promulgatos et promulgati etc. vocatoriis decerni demandastis post quorum vocacionem predicto domino Alberto sentiens debito tempore predictum dominum Albertum ac suos contra eos promulgatos addictos processibus contra eum sublimatos fuisset appellatum nec debito vt in forma eiusdem appellacionis ac in instrumento desuper confecto plenius continetur quod Johannes presbiter Mathiam de Zabrzezewo prefati dicti domini Alberti predicte ~~liberacione~~ appellacioni vt adhesisset requisitus presenti et adhesit requisicionem et peticionem huiusmodi attendens fore iustos et iuri consonas et attramite iuris non discedens Cuiusque tutela predictus Johannes immunitus diuina celebrauit Officia fulminacionem processum predictorum vero Reverendus pater dominus Johannes Episcopus Wladislauiensis nunc aduertens quod et vos honorabilis dominus Sandiwogius decanus et Officialis Wladislauiensis ipsum per certas vestras litteras asseruistis excommunicacionis sentenciam incurrisse ac per casus ipsum ad vestram presenciam euocari mandastis presenti et euocastis in eisdem terminum peremptorie sibi prefigendo conuocando ipsum velle declarari casus incurrisse presenti etc. et alia mecum in instrumento latius continetur recepisse prefato pertinenter Mathiam petro prefati predictus

domini Johannis decani Gneznensis mandato nobis constabat atque constat litteris domini
metropolitani sunt nobis exposita quod nuper vigore appellacionis ex parte strenui militis
domini Alberti Cholsky capitanei terre dobriensis expressibus vestri Rev. in Christo patris domini
Johannis dei gratia episcopi Wladislaviensis predicti in ipsum Albertum promulgatis ... quasdam
graves et grandes unius vel alias et primarias citacionis summas ... ...
subditis ... Thome et Nicolao de Dobrzeschewicze Paulo Thustom Alberto
et Stachno militibus de Ratzans recepisset ... citacio ... ab audiencia vestra contra
prefatos Thomam et Nicolaum Paulum Albertum et Stachnum et ad instanciam
prenominati domini Alberti ab audiencia vestra emanasset vos tamen Rev. ... patri et
domino domini Johannis episcopi Wladislaviensis ... ... Sandivogium decanum
Crusviciensem et Officialem Wladislaviensem contra ipsum dominum Johannem presbiterum et capellanum
ipsius domini Alberti capitanei predicti processus excommunicacionis ac declaracionis excommunicacionis
ipsum Johannem incurrisse declarari velle unius suspensionis ab ingressu ecclesie fieri
et promulgari sub titulo ipsius domini Sandivogii ut presumitur ad suggestionem
ipsorum Thome Nicolai Pauli et Stachni lite coram vobis pendente inter ipsum dominum
Albertum capitaneum predictum ab una et Thomam Nicolaum etc. fratribus ab altera partibus
domini decani Gneznensis in preiudicium ipsius domini Alberti ac domini Johannis ipsius
capellani ac vilipendium iurisdiccionis nostre ... ... nomine
Gneznensis quod super nobis debita cum instancia supplicavit quatenus vos Rev. patri
domino Johanni et vestro in spiritualibus vicario necnon domino Sandivogio decano et
Officiali predicto inhibere ac vestras inhibiciones vestras et decani ... [illegible] inter
solita fieri et consueta Nos igitur videntes Archidiaconi et Officialis predictis atten-
dentes huiusmodi peticionem fore iustam ac racioni consonam quodque iusta petentibus non est de-
negandus assensus litteris pendente nichil debeat innovari vos Rev.
patri domino Johanni aliisque omnibus supradictis ac ceteris quorum interest vel interesse poterit
vel dominum vestrum duximus inhibendum et inhibemus presencium sub tenore ne vos
vel aliquis vestrum per vos vel alium seu alios publice vel occulte directe vel indirecte
seu quovis alio quesito colore in vilipendium litis dependentis ac nostre iurisdiccionis
in contemptum predictum dominum Johannem aliquid attemptare seu innovare presumatis
vel presumat quod si secus factum fuit id totum revocare et ad statum pristinum re-
ducere curabimus deo et iusticia mediante Que omnia et singula vobis omnibus
et singulis supradictis et vestrum cuilibet in solidum intimamus insinuamus et noti-
ficamus ac ad vestram et cuiuslibet vestrum noticiam deducimus et deduci volumus ut
nec de premissis ignoranciam aliqualem pretendere valeatis quodque allegare in futurum
[illegible] ... inhibiciones ... seu [illegible] publice ... huiusmodi
... in hibicionem ... seu ... fieri ... notarium
infrascriptum ... nobis ... subscribi et publicari ... offi-
cialatus sigilli appensione iussimus communiri Actum et datum Gnezne die lune
XX mensis decembris Sub Anno domini M° CCCC° XLVIII° Indictione decima
... domini Martini ... Apostolice ... ... vel quasi
... ... et ... domino Mathia
Martino ... ad sanctum Georgium in Castro Gneznensi necnon Alberto ...
et Mathia de Gorzollo ... ... testibus ad premissa etc.

Sequitur Nota ... infra

Rev(erendissi)mo in Xpo patri et d(omi)no d(omi)no s(ancte) Gneznen(sis) Ecc(lesi)e Archiep(iscop)o Cunctisq(ue) sue curie auditori(bus)
seu ep(iscop)i Offic(ialibus) g(e)n(er)ali Petrus Pauli Cant(or) s(ancti) Petri Colleg(ia)te Ecc(lesi)e Crusvicien(sis) et
Offic(ialis) Wladislavien(sis) cum sui recomendacione humili iusticie semp(er) cultor. Noverit V(est)ra p(ate)r-
nitas q(uod) cu(m) de Anno domini M° cccc° xxvij° et mense Novembri discretus vir d(omi)n(u)s
Leonardus Rector p(arochia)lis Ecc(lesi)e in Liszkowo quendam Stanislaum dictum Ozolo cler(icum)
incolam ville eiusdem Liszkowo sup(er) cert(is) verbalibus iniuriis seu quadam infamia incul-
catoris [illegible] in t(er)m(inu)m citasset et in ip(su)m actionem [illegible] [illegible] direxit sub
hoc [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Et mox [illegible] Stanislaus reus pet(ivi)t
s(ibi) dari t(er)m(inu)m ad deliberand(um) Et ego peticionem admisi die xxvj mensis Novembris
t(er)m(inu)m assignando [illegible] in crastino s(ancte) Katherine [illegible] veniens t(er)mino Stanislaus pro(curator)
et nomine pro(curato)rio Stanislai dicti Ozolo de cuius procuratoris mandato constabat atq(ue) con-
stat apud acta ple(nari)e fides ad actionem dicti d(omi)ni Leonardi minus lite(m) [illegible] [illegible]
gans narrata p(ro)ut narrant(ur) Et ego p(re)fato d(omi)no Leonardo tamq(uam) actori ad p(ro)band(um)
p(ro)posita competentem t(er)m(inu)m assignavi Et t(er)mino veniens m(agiste)r Stanislaus Nicolai de Lanc(z)
pro(curato)r et nomine pro(curato)rio Leonardi actoris de cuius procuracionis mandato litteris constabat
plena fides litteris [illegible] duos testes citatos una cum citatori litteris [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] renuncians ulteriori p(ro)duccioni Et mox [illegible] ad
[illegible] d(omi)nus N. pro(curato)r dicti Ozolo protestatus est de recipiendo h(uius)m(odi) testes et dicta ip(s)or(um)
Et recepto ab eisdem corporali iuramento Notarii consistorii mei examine ip(s)or(um) commisi
Et petentibus partibus t(er)m(inu)m ad aperiend(um) attestaciones dictor(um) testium assignavi [illegible]
veniens t(er)mino [illegible] partibus et consenciantibus dicta testium sunt publ(ica)ta [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] teste [illegible] Secundus testis N. [illegible] [illegible] quor(um) deposicione dictor(um)
testium publicatam m(agiste)r Nicolaus pro(curato)r substitutus nomine pro(curato)rio dicti Stani-
slai Ozolo excepit cont(ra) testes illos et cont(ra) dicta ip(s)or(um) ac excipiendo dix(i)t q(uod) testes
isti producti p(ro) parte d(omi)ni Leonardi sunt nimis paup(er)es et ob hoc ip(s)or(um) deposiciones
[illegible] fore non admittend(as) Et ex alio [illegible] Nicolai [illegible] testes sunt familiares
d(omi)ni Leonardi et sunt discordes in deposicionibus suis. Et [illegible] protestatus est de [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] Et mox m(agiste)r Stanislaus N. de Lancz [illegible] replicando dix(i)t dictas
excepciones p(ro) parte Sta(nislai) dicti Ozolo [illegible] fore frivolas vanas [illegible] cum doli et
[illegible] datas et [illegible] confictas Et [illegible] dictas excepciones fore repellandas et
repelli [illegible] [illegible] [illegible] ad calculum diffinitive sentencie procedendum et procedi Et petentibus
partibus et consenciantibus in causa [illegible] concludi Ego conclusi cum eisdem [illegible] [illegible] [illegible]
conclusio petiverunt s(ibi) t(er)m(inu)m ad ferend(um) s(ibi) p(ro)nunc diffinitivam sentenciam assignari q(ui)b(us) petentibus
et audientibus fuit eisdem p(ro)nunc competens t(er)m(inu)s assignatus [illegible] t(er)mino cum p(re)dicte
partes per pro(curato)res suos comparuissent sentenciamq(ue) diffinitivam p(ro)nunc ferri petivissent
Ego [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] me [illegible] testiumq(ue) deposicionibus [illegible] diligent(er)
et in scriptis diffinitivam sentenciam tuli p(ro) parte dicti d(omi)ni Leonardi cont(ra) dictum Sta-
nislaum Ozolo Cuius tenor sequitur [illegible] verba [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] m(agiste)r Nicolaus de [illegible] pro(curato)r eiusdem Ozolo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
voce [illegible] et [illegible] [illegible] appellavit et ap(osto)los [illegible] cum instancia debita postu-
lavit Ego non credens me [illegible] Stanislaum in aliquo gravasse eius appellacioni
sue [illegible] frivola reputando non duxi aliquatenus deferend(um) Et acta [illegible]
huius cause in vim ap(osto)lor(um) refutatoriorum predicto Stanislao Ozolo vel suo pro(curato)ri
duxi assignand(a) testimonio [illegible] p(re)missor(um) dicta acta conscripta et ad p(er)manenciam fideliter
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]. Et [illegible] conscribi demandans p(re)sentes [illegible] [illegible]

de Czelmi Notarii publici meique et huiusmodi cause coram me scriba infrascriptum subscribi et publicari mandavi meique sigilli Officialatus mei appensione communiri. Datum Ratzans sub estuario domini Episcopi iuxta cedi solent. Sub Anno domini Millesimo etc. Indictione viii die xx mensis May hora tercia sede Apostolica vacante vel quasi presentibus etc.

Venerabili viro domino N. Vudeto etc. domino in Christo Sandivogius etc. obedienciam debitam cum honore. Venerabilis domine receptis literis remissorialibus venerabilis vestre in causa et causis que inter honorabilem et Religiosum fratrem dominum Jacobum Custodem Custodie Maioris Gneznensis fratrum minorum ab una et Johannem passchonis de Brest clericum Wladislaviensis diocesis parte et super quodam equo curru et non nullis aliis rebus et causa eorum vertuntur coram venerabili vestra [illegible] ac vertitur et esse sperantur. Iuxta quarum quidem literarum Remissorialium tenorem et vigorem testes qui fuerint evocandi evocatos ad presenciam mei ad eciam terminum competentem quibus coram me comparentibus parte aliqua eorum contumacia partis adverse citata et non comparente ad videndum eosdem testes iurare de dicenda veritate ad signum passionis domini iuramento corporali per Notarium publicum infrascriptum ac cause presentis coram me ulterius prestito fideliter seorsum examinari feci super positionibus et articulis michi per venerabilem vestram directis exhibitos earumque dicta seu deposiciones una cum literis Remissorialibus ac peticionibus et articulis per venerabilem vestram michi directis presentibus inclusa venerabili vestre de premissis remitto que Sigillo Officialatus mei clausa et signata feci communiri. Actum et datum

Tenor vero processus Judiciarii fuit et est talis.

In nomine domini Amen etc. In mei Notarii etc. Constitutus personaliter A. B. etc. quasdam literas remissoriales in papiro scriptas Sigillo [illegible] sigillatas exhibuit. Post quarum exhibicionem petiit dominus Officialis supplicavit quatenus eidem citacionem contra testes quos in causa et causis que inter Jacobum ex una et Johannem ex altera producere voluisset decernere dignaretur. Cui quidem dominus Officialis peticionibus suis favorabiliter annuens Citacionem eandem prout petita fuerat decrevit, decidit et dedit, Cuius tenor infra describitur etc.

Tenor vero citacionis petite contra testes fuit et est talis.

Sandivogius etc. Salutem in domino. literas Remissoriales certi tenoris venerabilis viri domini N. Vudeti etc. in causa et causis que inter etc. ab una et Petrum passchonis de Brest Wladislaviensis diocesis parte et super quodam equo etc. et causa eorum vertuntur ac verti et esse sperantur ab altera partibus nos noveritis recepisse, earum literarum vigore fuimus tamen per predictum Jacobum etc. debita cum instancia requisiti, quatenus citacionem contra et ad visus A. B. C. dare et decernere dignaremur. Nos vero eius peticionem ut pote iuri consone annuentes Citacionem eandem dari decrevimus et dedimus eius ita mandamus vobis etc. ut in forma.

Tenor vero articulorum et deposicionum fuit et est talis. Tenor autem Remissorialis etc. Sequitur Tenor deposicionum testium Citatorum ad Causam.

Et ego etc. eciam premissis omnibus etc. quia conpulsus literis Remissorialibus venerabilis viri domini N. Officialis sancte Gneznensis Ecclesie testes predictos citatos de mandato domini Officialis seorsum examinavi eorumque dicta hic presentibus in clusa remitto Sigillo domini Officialis Wladislaviensis signata et nomine meis subscripta in fidem et testimonium premissorum.

Frater Ulricus dei gracia etc. dilecto viro Mathie de Petrow Ecclesie in Grabidolo Salutem in domino. Benivolencie specialis affectus tuis exigentibus meritis nos inducit ut personam tuam prosequamur favoribus graciosis. Hinc est quod nos tuis supplicacionibus inclinati, auctoritate

(Left margin, beside "Venerabili viro domino N. Vudeto": Licet alii mittit [illegible] remittit)

(Left margin, beside "nos noveritis recepisse": de [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible])

(Left margin, beside "Frater Ulricus": licencia ad studendum)

nob. concessa. Estum ut assistes studio Juris Canonici ac Sacre Theologie Nam tue
ecclesie prochialis Etc in S. vsqz ad septenium dicta ratione continuum ad sacros or
dines Et quod ad subdyaconatum compellebat te facere promoueri secundum tenore
constitutionis dni Pape Bonifacij pape octaui super hoc edite tenore presencium dispen
samus. Proviso quod tamen ordinem subdyaconatus ordine infra annum tibi commissi cuius
Ecclesie regiminis capte secundum constitutionis eiusdem tenore te facias promoueri eidemqz
in ipsa Ecclesia Septimo durante. per suffecientem vicarium deputes per quem
in ea cura animarum diligenter exerceatur et eidem deseruiatur laudabiliter in diuinis
Quarum rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum Datum etc. Anno etc.

Investitura ~~Cust...~~ Can et plebis per ordinarium

Johannes dei gracia Episcopus wladislauiensis venerabilibus viris dominis preposito decano Archidyacono Cantori
Scolastico Custodi Ceterisqz Canonicis ecclesie nostre wladislauiensis ad quos Canonicorum receptio
spectat communiter vel diuisim Salutem in domino vacantem Can et plebis ecclesie nostre Ecclesie
wladislauiensis per mortem bone memorie dni Nicolai plat... eius vltimi et immediati
Canonici extra Romanam Curiam defuncti Cum Canonicatus et plebis prouiso ordinario
et quevis alia disposicio Juris ordinarie potestatis ad nos pertinet dinoscatur
honorabili viro dno Clementi capellano in Brest de eisdem Canonicatu et plebenda pro-
uidimus et prouidemus prouidendum presencium de eisdem investiuimus et presentibus investimus
instituentes eum in eadem nostra wladislauiensi Ecclesia Canonicatu plebendarum Quo circa
vobis dni supradicti in virtute sancte obediencie et sub excommunicationis pena mandamus quatenus
memoratum dnum Clementem in possessionem eorumdem Canonicatus et plebende Juriumqz et
pertinenciarumqz eorundem nostra auctoritate inducatis tamen corporalem, faciatis inducto de
fructibus prouentibus redditibus censibus et obuencionibus vniuersis censuarijs et
redituarijs integre respondere Eumqz assignatis sibi Stallo in Choro loco et
voce in Capitulo cum plenitudine Juris Canonici in Canonicum eiusdem Ecclesie recipiatis
et in fratrem Datum in C... die mensis decembris Anno etc. nostro Sigillo presentibus appenso

In vestitura Custodie per ordinarium

Johannes dei gracia etc. discretis viris ebdomadarijs vel Ecclesie nostre wladislauiensis et presentibus requisitis
Salutem in domino vacantem decanatu in Ecclesia nostra wladislauiensi per mortem bone memorie
dni Nicolai Palatz vltimi et immediati decani eiusdem Ecclesie extra Romanam Curiam de
functi Cum prouiso ordinaria et quevis alia disposicio ad nos pertinere dinoscatur honorabili
viro dno Nicolao de Semborij Canonicus nostre Ecclesie Crusuicensis de eodem decanatu wladislauiensi
sit ut premittitur vacantem prouidimus et presentibus prouidemus prouidendum de eodem investiuimus
et presentibus inuestimus Instituentes eum decanum verum et legitimum in Ecclesia nostra
wladislauiensi supradicta, Quo circa vobis in virtute sancte obediencie districte precipiendo mandamus quatenus
memoratum dnum Nicolaum de Szemborijc vel procuratorem suum in possessionem dicti decanatus
Juriumqz et pertinenciarum eiusdem nostra auctoritate inducatis tamen corporalem, faciatis inducto
de fructibus prouentibus redditibus et obuencionibus ipsius decanatus vniuersis a censuarijs
et redituarijs integre respondere Eumqz vel procuratorem ipsius faciatis per prelatos et Canonicos
dicte Ecclesie wladislauiensis assignetis sibi Stallo in Choro voce et loco in Capitulo cum plenitudine
Juris sibi debiti in decanum eiusdem Ecclesie recipi et in fratrem Saluis tamen omnibus et singulis
articulis clausis et capitulis Constitutionis nostre cum Capitulo nostro wladislauiensi de reali actuali resi-
dencia facienda Jam dudum edite secundum quod prelatus non residens circa Ecclesiam predictam
de cetero et Canonicus de duodecim marcis contentetur. Et volumus quod idem prelati et
Canonici ad nostram Ecclesiam wladislauiensem admittendi vel procuratores eorum Jurent quod bona suorum

de Capitulo et presentium que prepositus Wlad. tenet et hucusque dispensavit et principa-
villam Sulane recipiat de manibus dicti prepositi et aliorum duorum de Capitulo et committat
tenendi regendi et dispensandi generalibus suis duntaxat et ne competius gubina
toribus in cottidianas distributiones residentibus eta decanum incam. Etiam fiaciet
Ac omnia alia et singula faciat que ad realem residenciam spectant et que dicta
constitucio nostra cum Capitulo nostro facta dictat et disponit. Prout hec omnia in instris
desuper confectis plenius continentur. Et quod iidem Canonici et prelati vel Pauci eorum
Juramento suo mediante firmiter hec omnia observare nec unquam irritabunt sed potius
omnibus modis quibus possunt promovebunt ut dicta residencia fiat cum effectu. Alioquin
volumus quod lre nostre huiusmodi nullius sint roboris vel momenti. Datum in nostro Castro W. die
quinta mensis Anno etc. Sigillis presentibus sub appensum.

In nomine domini Amen. Sub Anno a Nativitate eiusdem millesimo cccc^mo xlvj^o Indictione
x. Sede apostolica vacante die mensis xx. novembris hora terciarum vel quasi In mei Notarii
publici subscripti et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presencia
Constitutus personaliter Reverendus in Christo pater et dominus dominus Johannes Episcopus Wlad. quoddam privilegium
Sigillo rotunde figure intus et ab extra cera qui in filis sericeis rubei et viridi
viridi colore mixtus color scarlet in filis Albi et rubei colorum. Non. si est in filis
dependentis. Sigillatum sanum salvum et integrum non corruptum vero suspectum omnique prorsus
vicio et suspicione carens suis tenens in manibus ad futuram rei memoriam necnon ad
cautelam futurorum periculorum in dicto privilegio eminendorum precepit mihi Notario subscripto ut
dictum privilegium in forma publica transsumerem et exemplarem nichil mutando vel ad-
dendo quod facti substantiam mutaret et in eadem variaret intellectum Circumferencia vero dicti Sigilli
sic etc. et describitur. Sigillum vero interius cum lris suis circumferentialibus. Tenor vero privi-
legii predicti sequitur. et est talis. In nomine domini etc.

Super quibus omnibus privilegii transsumpcione et exemplacione prefatus dominus Episcopus precepit mihi
notario subscripto unum vel plura publicum vel publica Instrumentum seu Instrumenta. Datum et actum
in Crast Castro Ratzas Wlad. diocesis Anno Indictione vacacione mense lato et hora quibus supra presentibus

Ceterum predicta privilegia cum testibus supra dictis sana salva et illesa reperta fideliter transsumpsi
et transscripsi nil addendo vel minuendo quod mutaret sensum et variaret intellectum colla-
cioneque facta presens transsumptum cum suis originalibus concordare inveni ideo presens
transsumptum manu propria conscripsi Signo et nomine meis solitis et consuetis consignando in
fidem et testimonium omnium premissorum rogatus et requisitus etc.

Sequitur Sigillorum descripciones

Circumferencia in medio quidam clipeus triangularis media aquila ala una ad sinistram extenta
medium vero leonis pedibus anterioribus dilatatis et sursum levatis. Dorsum vero rotum continue quiet
insculpta erat. Circumferencia vero Sigilli circumferencia hec lre videbantur. prepositi Wlad. etc.
Item duobus Sigillis oblonge figure intus et ab extra de cera Sigillum unum ha-
buerunt alia prepositi Strzelnen scilicet etc. In quorum quidem Sigillorum primo habet qua-
drantis quedam ymago Salvatoris ad medium desculpta alia quadam ymagine
recepcio in ecclesia predicta pertinet recipi in Canonicum et in fratrem eorum vel eorum alteri
pro ipso stallum in choro et locum in capitulo eiusdem ecclesie facere assignari. Et ad iurandum
in animam eiusdem constitucionis statuta et consuetudines dicte ecclesie observare sicut alii
dicte ecclesie Canonici soliti sunt iurare. Et ad recipiendum suo nomine et pro ipso realem
et corporalem possessionem huiusmodi Canonicatus et prebende ac iurium et pertinenciarum eorundem
Et ad petendum et recipiendum eius nomine et pro ipso fructus redditus et proventus obvenciones

dictorum Capitulo et plebani. Et ad faciendum de hijs que recepit plenariam restitucionem
ac pactum de ultimis non petendo et si necesse fuerit compromissis et cetera quolibet ad
agendum et defendendum etc. ut supra in proximo precedenti usque in fine mutatis mutandis

Forma de beneficio vacante vel vacaturo

In christi nomine amen etc. discretus vir N. clericus diocesis N. fecit constituit et ordinavit suos veros et legitimos
procuratores actores factores negociorum gestores et nuncios speciales discretos viros N. et N. absentes
tamquam presentes et quemlibet eorum in solidum ita quod non sit melior condicio occupantis sed quod
unus eorum inceperit alter prosequi mediare valeat et finire ad petendum pro eo et eius
nomine litteras apostolicas super concessa a sanctissimo in christo patre et domino domino nostro Urbano divina
providencia papa sexto provisione sibi facienda de aliquo beneficio ecclesiastico competenti cum cura
vel sine cura consueto ab olim clericis secularibus assignari spectante ad collacionem et
provisionem Reverendi in christo patris domini Episcopi N. vacante vel vacaturo in civitate et
diocesi N. prout in dictis litteris apostolicis plenius continetur executoribus super hijs
et sede apostolica deputatis et subdelegatis et subdelegandis ab eis vel eorum aliquo
et ad ponendum coram eis vel coram altero testes et fidem faciendum debitam et co-
nsuetam nomine ipsius et alijs super huiusmodi negocio fuerint ingerendum Et ad petendum quod dicti
executores et quilibet eorum procedant in huiusmodi execucionis negocio secundum quod dicta se-
ries exigit litterarum et alias prout fuerit oportunum Ad acceptandum quoque et recipiendum prout
ipsis procuratoribus vel eorum alteri placuerit beneficium sine cura vacans vel vacaturum
quod de forma dictarum litterarum applicarum et processuum quos auctoritate ipsarum litterarum fieri con-
tingerit tenore debet sive debebit et competere poterit quamquam cuiuscumque valoris
extiterit dum tamen illud auctoritate et vigore dictarum litterarum competat seu competere possit nomine
ipsius beneficij iuris que et pertinenciarum ipsius ac corporalem possessionem vel quasi in vestitura
recipiendum et ipsius fructus redditus et proventus etc. ut habetur ob. petendum exigendum et recipiendum
ac faciendum de hijs que receperint plenariam restitucionem ac pactum de ultimis
non petendo Et faciendum se ipso super nomine ad huiusmodi beneficium prout moris est
recipi et admitti Et si necesse fuerit compromissis et eorum quolibet ad agendum et defendendum
etc. ut in proximo precedenti usque in fine mutatis mutandis etc.

Procuratorium ad prosequendum graciam apostolicam de Capitulo et plebanatu ac preposituram vacantem

In christi nomine Amen Anno etc. discretus vir N. Canonicus ecclesie N. fecit constituit et ordinavit suos veros
et legitimos procuratores etc. ut supra Ad prosequendum graciam applicatam sibi factam per
dominum nostrum papam predictam de Canonicatu et plebanatu ac prepositura ecclesie N. vacantem per
obitum N. ipsius ecclesie canonici plebani et prepositi prepositure dicte iuxta tenorem
litterarum applicatarum coram executoribus super super hoc deputatis aut ipsorum aliquo vel
subdelegandis ab eis vel eorum aliquo Et coram Reverendo in christo patre domino
Episcopo N. et discretis viris decano et capitulo ac Canonicis ecclesie predicte et alijs quibus-
cumque personis in ipsa ecclesia vel extra ubicumque eis vel alteri eorum videbitur expedire
Et ad presentandum litteras apostolicas huiusmodi et citaciones et processus in huiusmodi negocio procura-
tores in Romana Curia factis et habitis et quecumque alia processum in eodem nego-
cio faciendum domino Episcopo decano et capitulo predictis et alijs de quibus viderint ex-
pedire Et ad petendum et supplicandum quod ipsi executores vel eorum aliquis aut
subdelegati vel subdelegandi ab eis vel eorum aliquo procedant ad execucionem
provisionis huiusmodi secundum quod in dictis litteris apostolicis et processibus super hoc habitis plenius

continet, actus possessionem corporalem vel quasi et investitura canonicatus et prebende ac
possituris huiusmodi et pertinentiis ipsorum nomine eiusdem N. et pro ipso adipiscendi, ratificandi
recipiendi et retinendi. Et ad petendum nomine dicti N. se recipi in canonicum et in fratrem ac
possitum abipsis domino Episcopo, decano et capitulo ac singulis canonicis et personis predicte
ecclesie ut moris est communiter vel divisim. Et ad petendum recipiendi et retinendi stallum
in choro et locum in capitulo ipsius ecclesie sibi assignari. Et ad omnia alia et singula
et ostendendum que circa premissa fuerint optima[?] ius[?] magis[?] applicandum insuper dictas
litteras apostolicas continentium et que huiusmodi negotii initia et apud ecclesiam consuetudo requirit.
Et ad iurandum in animam dicti constituentis et observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie.
Et quod idem N. sit deltimo[?] nomine procuratoris solitis solitum et debitum iuramentum.
Et ad petendum exigendum et recipiendum omnes et singulos fructus redditus et proventus, obventiones et iura
predictorum canonicatus et prebende ac possiture ipsius locandum conducendum et dandum ad firmam
prout eis vel eorum alteri visum fuerit expedire. Et ad faciendum fines quittationes etc.
ut supra proxime usque de non petendo. Et si necesse fuerit de premissis et quolibet premissorum
ad agendum et defendendum etc. ut in primo procuratorio usque in fine mutatis mutandis.

Procuratorium ad presentandum et intimandum litteras apostolicas et processum super canonicatu et prebenda vacatione

In Christi nomine Amen. etc. Venerabilis vir dominus N. canonicus ecclesie N. fecit constituit et ordinavit discretos viros
dominum N. presentem et dominum magistrum N. sponte suscipientem et N. absentem tamquam presentem
et quemlibet eorum in solidum in solidum ita etc. firmiter suos veros et legitimos procuratores
actores factores negotiorum gestores et nuntios speciales. Ad presentandum pro se et eius
nomine reverendo in Christo patri domino N. dei gratia Episcopo, capitulo dicte ecclesie et aliis quorum
interest vel interesse poterit litteras apostolicas super canonicatu et prebenda prefate ecclesie N. per prefatum
dominum nostrum papam eidem N. concessas et processum super hiis litteris confectum. Et ad petendum ratificandi
et recipiendi nomine quo supra possessionem super ipsius litteris et ad dictorum canonicatus
et prebende prefate ecclesie ac iurium honorum et pertinentiarum ipsorum. Et ad petendum et faciendum
se recipi in canonicum et in fratrem per capitulum et canonicos eiusdem ecclesie. Et ut moris
est assignari sibi stallum in choro et locum in capitulo ipsius ecclesie cum plenitudine iuris
canonici. Et nichilominus ad iurandum in animam ipsius constituentis et observandum statuta et
consuetudines dicte ecclesie et quodlibet aliud licitum iuramentum prestandum. Et ad exponendum
coram executoribus eidem domino datis vel eorum altero. Et ad petendum ab eis et eorum quolibet
quod procedant ad executionem dictarum litterarum apostolicarum secundum ipsarum continentiam et tenorem.
Et ad petendum et faciendum assignari processus huiusmodi si fuerit optimum fructusque
redditus et proventus obventiones et iura quelibet debita seu debenda ipsi N. occasione dictorum canonicatus
et prebende petendum exigendum et recipiendum et decetero[?] duntaxat solutionibus quit-
tationem absolutionem liberationem et pactum de ulterius non petendo faciendum. Et pro
premissis et quolibet premissorum coram executoribus et subdelegatis ipsi domino N. super canonicatu
et prebenda predictis datis vel dandis et coram quocumque alio iudice ecclesiastico vel secula-
ri ordinario vel delegato dato vel dando contra quascumque personas collegia et
universitates ad agendum et defendendum etc. ut in primo procuratorio mutatis mutandis usque in fine.

Procuratorium ad presentandum litteras apostolicas et processus super prebenda certa vacatione in pleniori forma

In Christi nomine Amen. Anno etc. discretus vir dominus N. Rector parochialis ecclesie N. non revocando ali-
os suos procuratores ad quevis negotia per eum hactenus constitutos sed potius confirmando
fecit constituit et ordinavit magistrum N. et N. absentes tamquam presentes et quemlibet eorum in solidum suos veros et
legitimos procuratores actores factores et nuntios speciales ita etc. usque in fine ad presentandum
et intimandum pro eo et eius nomine reverendo in Christo patri domino N. dei gratia Episcopo N. seu eius
vicario in spiritualibus et quibuscumque aliis quorum interest vel interesse poterit litteras apostolicas

super gracia dicte parochialis ecclesie n. prerescriptis domini nostri pape prefato facta. Et ad presentandum eidem
processus factos et quos contingerit fieri in premissis per executores prenominatos domini pape
ipsi n. deputatos seu per subexecutores eorum vel alterius eorum. Et ad petendum quod ipsi execu-
tores procedant ad executionem dictarum litterarum et iuxta tenorem earundem. Necnon ad petendum, nati-
tendum et recipiendum corporalem possessionem et tenutam dicte ecclesie ac iurium et pertinenciarum suorum
Et ad petendum exigendum et recipiendum nomine quo supra omnes et singulos fructus redditus et
proventus et ceteraque iura et alia ac bona ad ipsum dominum n. racione dicte parochialis ecclesie spectantia
et arrendatores et gubinatores et proventus locandum arrendandum locandum
ipsosque fructus redditus et locatores et gubinatores locorum et redditum predictorum deputandum
et ad firmam dandum et destituendum et removendum ipsosque ecclesie in duis laudabiliter de-
tinendum. Et si opus fuerit absencie sive alligandum ac bona dicte ecclesie beneficiaria simplici et
firmiter faciendi tas absencie sive alligandum ac bona dicte ecclesie tradendum cedendum et obligandum
ad cautela petendum et obtinendum ac bona dicta ecclesie tradendum cedendum et obligandum
et obligacionum seu obligatores conuenciones quoque et pacta licita quemodocumque
liberacionem absolucionem et pactum seu faciendum et dandum fructus redditus et proventus bene-
ficii dumtaxat solutionibus quittacionem liberacionem ab-
solutionis et pactum promissionem expressum de ulterius non petendo faciendum. Et pro
solucionem et pactum promissum expressum de ulterius non petendo faciendum. Et pro
premissis et quolibet premissorum si necesse fuerit coram quocumque iudice ecclesiastico vel seculari
ordinario vel delegato dato vel dando contra quascumque personas collegia et univer-
sitates Ad agendum et defendendum etc. ut in primo precedenti usque in finem mutatis mutandis

Instrumentum Ad intimandum litteras apostolicas alicui episcopo datis procuratoris

In Christi nomine Amen. Anno etc. discretus vir n. pauper clericus diocesis fecit etc. suos veros
legitimos procuratores actores factores negotiorum gestores et nuncios speciales discretos viros
n. et n. absentes tamquam presentes et quemlibet eorum in solidum etc. usque finiri Ad
presentandum et notificandum eius nomine et pro eo reverendo in Christo patri domino n. dei gracia episcopo
n. vel eius vicario seu vicariis et quibuscumque aliis personis quorum interest vel
poterit interesse et de quibus expediens fuerit et videbitur eisdem procuratoribus vel eorum alteri vide-
bitur expedire litteras apostolicas sibi concessas a papa domino nostro papa super provisione ipsius n.
secundum narrationem litterarum tenorem faciendam de aliquo beneficio ecclesiastico cum cura vel sine
cura consueto ab olim clericis secularibus assignari spectante ad collacionem dicti domini episcopi
in suis civitate et diocesi vacante vel vacaturo ut in predictis litteris apostolicis plenius
continetur ac etiam processus factos virtute dictarum litterarum per executores ipsius eum super hec
ab eodem domino nostro papa deputatos et quemlibet alium processum per ipsos executores vel
eorum alterum aut per subdelegatum vel subdelegatos ab eis vel eorum aliquo faciendum in exe-
cucione negotii memorati. Et ad petendum et supplendum quod ipsi executores
et subdelegati et eorum quilibet procedant ad executionem que in negotio huiusmodi
facienda fuerit Et ad petendum quoque fieri collacionem et provisionem beneficii ecclesiastici
cum cura vel sine cura si quod in predictis civitate et diocesi et ad dictum dominum episcopum
collacionem vel provisionem spectans hactenus vacavit vel nunc vacat aut cum va-
caverit in futurum quod eisdem n. et nulli alii de iure debeatur secundum tenorem
dictarum litterarum apostolicarum et processuum pro eo inde factorum. Et ad faciendum
se nomine dicti n. ad huiusmodi beneficium recipi et admitti prout moris est dictumque be-
neficium accipiendi cum vacaverit quod si de eo non debeatur de iure salvum sit sibi ius
aliud beneficium de iure debitum accipiendi cum vacabit Et deinde se faciendum
providendum post acceptacionem huiusmodi necnon ad ipsius beneficii corporalem possessionem
et tenutam recipiendum intimandum adipiscendum nanciscendum et retinendum fructusque redditus
et proventus obventiones etc. infra ipsius beneficii petendum exigendum recipiendum ipsosque locandum
et ad firmam dandum et tradendum Et de hiis que ipsi procuratores vel eorum aliquis nomine

ipsius N. et ipsis recipiunt finem quittacionem refutacionem et pacti de ulterius non petendo
faciendum Et promittendum in manum dicti constituentis quibus in premissis necessarium iuramentum
Et generaliter et cetera quolibet si necesse fuit etc. ut supra. Promittens usque in fine mutatis mu-
tandis.

Procuratorium limitatum super eodem

In nomine domini Amen Anno etc. Discretus vir .A. pauper clericus dyocesis N. non revocando ali-
quos suos procuratores ad quevis negocia per eum hactenus constitutos sed potius confirmando fecit
constituit et ordinavit dominos Leo(?) et discretos viros dominos N. et N. absentes tamquam presentes
et quemlibet eorum in solidum etc. usque fuerint suos veros et legitimos procuratores actores
factores negociorum gestores et nuncios speciales. Ad presentandum pro eo et eius nomine
Reverendo in Christo patri domino domino Dei gratia patriarche N. litteras presentati domini pape eidem clerico N. per
ipsum dominum papam in forma sua qua idem dominus noster papa pauperibus clericis beneficiandis
scribere consuevit concessas super provisione ipsi clerico facienda de beneficio ecclesiastico cum cura vel
sine cura consueto ab olim clericis secularibus assignari spectante communiter ad collacionem
vel presentacionem venerabilium virorum dominorum decani et capituli ecclesie .I. dyocesis vacante vel va-
caturo in eisdem civitate et dyocesi prout in eisdem litteris apostolicis plenius continetur. Ac
processus super eisdem litteris seu earum fieri petendum et faciendum quascumque litteras apostolicas
et processus inde secutos vel secuturos dominis decano seu vicedecano et capitulo et canonicis
dicte ecclesie N. et omnibus aliis quorum interest vel intererit presentandum Et ad petendum a sub-
delegatis seu sub executoribus domini patriarche ut ipsi et eorum quilibet in ipsius negocii
execucione procedant secundum dictarum litterarum apostolicarum et processuum continenciam et tenorem
et alias N. prout fuit optimum. Et ad acceptandum pro eo et eius nomine canonicatum
et prebendam ecclesie dumtaxat qui ad dictorum dominorum decani et capituli eiusdem ecclesie
collacionem vel electionem seu presentacionem pertinent ac noscuntur cum eos vacare contigerit
si eis N. iuxta tenorem litterarum et processuum predictorum debeantur. Dummodo aut contra
contigit quomodolibet ad contestacionem huiusmodi canonicatus et prebenda quos non
ipsius constituentis contigerit acceptare sibi dummodo non debeantur salvo et reser-
vato sibi quod alios canonicatum et prebendam dicte ecclesie dumtaxat ad ipsorum dominorum
decani et capituli collacionem electionem seu presentacionem pertinentes sibi de iure debitos cum
vacaverint acceptandi. Et ad petendum ipsis procuratoribus vel eorum alteri nomine ipsius
N. predictum dominum patriarcham vel eius sub executores seu subdelegatos seu aliquem
eorundem de huiusmodi canonicatu et prebenda provideri. Et ad petendum et faciendum se dicto nomine
in eadem ecclesia N. in canonicum recipi et in fratrem ac sibi stallum in choro et locum
in capitulo eiusdem ecclesie cum plenitudine iuris canonici assignari Et ad iurandum
in animam dicti constituentis de observandis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie N.
et quolibet aliud in premissis necessarium prestandum Et ipsorum canonicatus et prebende iuriumque
et pertinenciarum eorundem veram et corporalem possessionem seu quasi recipiendum et retinendum
Et ad petendum exigendum et recipiendum pro eo et eius nomine omnes et singulos
fructus redditus et proventus canonicatus et prebende. Et de receptis dumtaxat sol-
ventibus quittandum et ipsis pactum faciendum de ulterius non petendo. Et si
necesse fuerit in premissis etc. Promittens usque in fine etc.

Procuratorium ad faciendum litteras expediri in forma pauperum

In Dei nomine Amen Anno etc. Discretus vir N. pauper clericus dyocesis N. asseruit
se dudum die N. mensis N. porrexisse et tradidisse supplicacionem
suam P. et A. examinatoribus ad hoc per presentem dominum papam deputatis
proptimendo beneficio ecclesiastico in qua forma spectante ad collacionem etc. Reverendo in
Christo patri domino domino N. fecit constituit et ordinavit suos veros et legitimos procuratores et

nuncios speciales N. et N. absentes tamquam presentes et quemlibet eorum in solidum ita etc. usque fine
Ad petendum et recipiendum pro eo et eius nomine dandam suam supplicacionem in cancellaria prefati
domini pape et alibi agnoscendum seu admittendum eam sentenciis. Signaturasque supplicacionumque
seu gracias in ea contenta usque ad totalem expedicionem prosequendum. Et quod idem constituens
predictam supplicacionem super dictis N. et N. procuratoribus supplicet. Actum dicto ipsa deputatis
sua propria manu tradidit et procuratores constituit personaliter constitutus fuit constitutis
Et cetera iurandum quod in hac parte nulla symoniaca pravitas intervenit et quodlibet
aliud iuramentum circa premissa necessarium in animam suam prestandum. Et omnia et singula
faciendum que circa expedicionem dicte gracie oportuna fuerint et eisdem procuratoribus, ac eorum cuilibet
videbitur expedire. Unum vel plures procuratores loco sui si expediens fuerit substituendum
et revocandum. Et in se omnes procuratores huiusmodi reassumendum. Et eorum eos vel alios sub
stituendum semel vel pluries prout eisdem procuratoribus et eorum cuilibet videbitur convenire. Pro
mittens idem constituens se ratum gratum et firmum perpetuo habiturum quidquid procuratores
procuratores sui vel eorum alter et substituendos ab eis vel eorum alter actum gestum
et procuratum fuerit in premissis et quolibet premissorum sub ypotheca et obligacione
omnium bonorum suorum presencium et futurorum. Actum etc.

Super eodem in alia forma procuratorii

In nomine domini Amen. Anno etc. desiderii N. in papa clericus dyocesis N. fecit constituit et ordinavit suos
veros et legitimos procuratores ac nuncios speciales dominos N. et N. absentes tamquam presentes
et eorum quemlibet in solidum ita quod non sit etc. usque fine. Ad petendum et recipiendum pro
ipso et eius nomine supplicacionem eius signatam vel signandam super collacione sibi assignata
vel assignanda in gracia expectativa per sanctissimum patrem in forma pauperum concessa. Et ad
faciendum de ipsa supplicacione fieri minuta et litteras apostolicas conscribi. Et si opus fuerit
corrigi et rescribi. Et ipsas a bullatoribus recipiendum. Meliorem collacionem sua sibi procurabit
in aliis assignetur petendum et optinendum. Et in collacione vel utilem permutari faciendum
necnon iurandum in cancellaria prefati domini pape vel alibi ubicumque expediens fuerit pro
ipso constituens predictam supplicacionem procuratoribus suis per prefatum dominum papam
in dictis graciis deputatis sua propria manu tradidit. Et procuratores constituit fuit
personaliter constitutus quodque in hac parte nulla symoniaca pravitas intervenit. Et
aliud quodcumque iuramentum in premissis debitum et necessarium in animam dicti con
stituentis prestandum. Et generaliter omnia alia et singula faciendum et procurandum in premissis
et circa premissa necessaria et utilia et que ipsemet constituens faceret et facere posset
si personaliter interesset etc. si mandatum exigat speciale aut mandatum personale. Ra
tum gratum et firmum promittens se perpetuo tenere et habere quidquid dictos procuratores
suos et eorum quemlibet procuratum fuerit in premissis et eorum quolibet sub ypotheca et
obligacione omnium bonorum suorum presencium et futurorum. Actum etc.

Instrumentum adhesionis

In nomine domini Amen. Sub anno nativitatis eiusdem etc. Quocirca vicarius Wlad. ecclesie Cort
hoviensis dicto domino Boguslao Officiali Wlad. tamquam sub executore quarundam
litterarum apostolicarum de quibus in appellacione instrumento retroscripto ac coram ...
dictis dominis Johanne Secundo vicario ac in spiritualibus generali Petro Archidiacono Ma
thias Grabowsky Canonico Wlad. ecclesie necnon Paulo Czechowsky et Nicolao
Wyschowsky Canonicis collegiate Crusuvicensis ecclesie tamquam prelatis et personis supremis eorum

ptum ibidem congregatis. Inmeique Notarii publici infrascripti et testium subscriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum presencia constitutus personaliter. Honorabilis vir dominus Johannes dictus de Czechsdorf Canonicus Cruczeburgensis Ecclesie hoc presens instrumentum appellacionis publicum manu mei notarii subscriptum et signatum producens in medium ipsum insinuavit intimavit et ad noticiam eorum quorum interest vel interesse poterit deduxit. Petens nichilominus ipsum per me Notarium ad maiorem fidem et insinuacionem publicacionem que noticiam legi et perlegi quo quidem instrumento per me notarium publicum lecto et perlecto Subsequenter idem dominus Johannes asupradictos viros honorabiles et discretos et dominos eidem sue appellacioni contra literam inprepositam petivit requirit adherere. Qui quidem viri honorabiles et discreti et domini recepto huiusmodi instrumento appellacionis ut prescripto prius diligenter visso auscultato et inspecto perpensaque sufficiencia mutuo et coplari consilio ac prima deliberacione sufficienti eidem appellacioni tamquam licite et contra literam inprepositam ob reverenciam quam sedes Apostolica ad quam appellavit prefatum dominum Johannem appellantem unanimiter nullo penitus contradicente adheserunt prout illa Coram vobis domino notario et testibus hic presentibus et astantibus nos unanimiter ~~ulla nullo penitus~~ ob reverenciam sedis apostolice ad quam est appellatum appellacioni huiusmodi sollempniter adherimus et eciam sollempniter protestantes Super quibus insinuacione intimacione lectione publicacione et adhesionem prefatus dominus Johannes unum vel plura publicum seu publica confici peciit instrumenta Acta sunt etc.

Litera inhibicionis bona

Salutem in domino. Exposuit coram nobis querulose Nobilis Jaroslaus Capitaneus in Ragans generalis Regis dicti in xº. capitulo etc. quod Nobilis Jarandus Capitaneus in Inmenwlaga contra iure dispensacionis et iurisdiccionis ecclesiastice in contemptum ipsum super decima in Dambrowka ad forum seculare trahit in causa coramque tamquam Capitaneus dicti domini Episcopi velud in Judicio molestat et perturbat Non advertens hoc esse sepcium ex traheres personas spirituales vel eorum procuratores ad Judicia secularia super rebus ecclesiasticis et presertim super decimis sunt ipso facto sentenciis Canonis innodati. Unde licet nos. predictam Jurisdiccionem dictum dominum Jarandum nobilem sive vel permittitis contra talem facientem iuste et merito excommunicare possemus et omnes quoscumque de hoc se indicare intromittentes. Tamen cum eis mitius agere cupientes mandamus vobis in virtute obediencie et sub excommunicacionis pena quam accidere personaliter si contrafeceritis tollis in eciam ~~vel~~ vel vestrum cuius huiusmodi mandatum publicari his editum petribus. Moneatis dictum Nobilem Jarandum omnesque Judices subiudices Officiales et assessores Judicii in Inmenwlaga terrestris seu secularis ac regalis ut infra x. dies ab hac monicione vestra eis et eorum cuilibet facta quorumque et eorum cuilibet districte inhibeatis ne in preiudicium dicte cause contra dictum Nobilem Jaroslaum tamquam procuratorem Regis dicti prefatum dominum nostrum Episcopum aliquid attemptare audeant nec cum huiusmodi indicent sed omnino ab inceptis desistant realiter cum effectu. Alioquin dicta canonica monicione etc. de Jurisdiccione se intromittentes excommunicamus eos et eorum quemlibet in dei nomine in hiis scriptis quos etc.

Monitorium contra parrochianos in obedientes suo plebano

Sandivogius decanus et Canonicus Cruczeburgensis ac Officialis wladislaviensis distctus. viris ... Inplowcze in Sborzyna et in Bythom parrochie [illegible] Rectoribus vicariis quos in ... etc. Salutem in domino. quia licet Rector ecclesie quilibet sibi commissi gregis in quem curam habet debeat suis parrochianis danpnum ... precium diligentem ut nos. predicte dicti suam moralem fidelis hinc et prudentis de familie dei tritici mensura tempestive maiori tamen ...

diligenciam illorum cura debet gerere quos licet indigenciam pre sollicitudinis que se contra rebus
sed pauperes et egeni deo permittente vel volente sunt effecti fidelium elemosinis su-
stentantur. Nec vel ipsi qui recipiunt huiusmodi subsidia tales fiant per elemosinas que
deo non placent sed forcius offendat ac eos oneratores. Aut ipsi qui tribuunt fructu
spiritualis retribucionis defraudentur. Cum secundum testimonium sapientis Sciendum est an sit
beneficiendum. Et hinc est quod dilectus filius Symon plebanus in Withsolwo conquestus sunt
coram nobis quod in sua parochia et in multis aliis sicud eciam nulli homines sanis utriusque
sexus pauperes fictam ostendentes et imperfecte pretendentes sospites membris integri corpore
sibi etate et viribus vigentes ac persona incolumes validi et robusti nichil operantes
et ad hoc solum mendicitatis nomen usurpantes ut laborem refugiant corporales certos et
in festis non intrantes villatim et domatim de die in diem discurrentes ac elemosinas a fidelibus
pretextu luminis corporis Christi in Poznania aut alibi in providencia miserorum et egenorum
etate confectorum ac viribus deficientium vel aliorum afflictorum corpore sibi et rerum censu sac-
rilegio concepto ut plurimum ~~ductorum~~ [illegible] cum dicto [illegible] cum ampullis ignorantes
tabernis et ebrietati ludoque taxillorum aliisque obscenis operibus publice insistentes Quos
Johannem dictum in Withsolwo laicum sanum sibi viribus corporeque et rerum vigentem laborare
nolentem publice elemosinam ac tessare ab ecclesia nolentem et aliud dare de vectore
lites inutiles et perdendum [illegible] publice elemosinam ludo taxillorum ac potacionibus se penitus
insistente conveniunt. Idem dominus Symon in sua parochia commorantes petens
super remedio providere oportuno. Nos itaque sue sollicitudini quantum in nobis est
succurrere ita ut deducat agi et esse non dubitantes attendentes illud singulariter
quod illi quos debemus nobis de mammona iniquitatis amicos facere ut deficimus
recipiant nos in eterna tabernacula deinde eciam tales quales nos recipere possint
Et cum iuxta apostolum qui non vult operari non debet manducare [illegible] regnum
dei possidere nequeat atque facere coram omnibus [illegible] ipse apostolus precipit corripere quidam vobis

Execucione diffinitive sentencie in causa matrimoniali

Salutem in domino et presentibus fidem indubiam adhibere. Noveritis quod in causa et causis coram
honorabili viro domino Pe. Paul. Can. Crusuicensi et Officiali Wladislaviensi inter Elizabeth mulierem ex
una et Johannem pistorem de Brest de et super federe matrimonii et ipsius consumacione
vertebatur et vertitur parte ex altera. Idem dominus Petrus iudex predictus meritis vite et
debite servatis servandis et usque ad finalem diffinitivam procedens in eiusmodi pugna pro
qua pronunciavit decrevit et declaravit inter predictum Johannem et Elizabeth an
fuisse verum legitimum et indubitatum matrimonium contractum et consummatum dictamque Elizabeth
veram et legitimam uxorem dicti Johannis ac dictum Johannem ipsius verum legitimum fuisse
et esse et propterea ad fruitura coniugalem ipsum Johannem dicte Elizabeth sibi adiudicavit
tamquam suo marito legitimo obligavit et astrinxit prout hec omnia et singula in sua
per sententiam dominum Petrum latius continetur. Verum quia dicta Elizabeth dictam sen-
tenciam debite execucioni petiit demandari Sibique litteras executorias contra dictum
Johannem maritum suum in forma debita decerni Nos igitur attendentes ipsius
peticionem fore iuri consona eorumque iusta petentibus non est denegandus assensus
Attento presertim quod peterat esse promulgata dictas ac iura condita insticia quod non
stetur nisi execucioni debite mandaretur. Unde tam ad execucionem dicte sentencie pro-
cedentes et eam exequi volentes vos et quemlibet vestrum omnibus et singulis presbiteris
in virtute obediencie et sub excommunicacionis pena quam in vos et vestrum quemlibet ferimus in hiis
scriptis nisi mandatis nostris parueritis ad effectum capiendum et mandamus quatenus pre-
fatum Johannem pistorem de Brest personaliter accedentes si ipsius presenciam comode

fiat petit. Alioquin in ecclesiis vestris ut in domo sue habitacionis moneatis, quem et nos monemus presentibus ut infra sex dierum spacium quorum duos primo duos secundo et reliquos duos pro tercio et peremptorio termino ac monicione canonica eidem assignamus dicto diffinitive per prefatum dominum Petrum Officialem Wladislaviensem contra ipsum late pareat realiter cum effectu prefatamque Elizabeth tamquam uxorem suam legitimam ad se recipiat et assumat sibique inviolabiliter commaneat ipsamque affectione maritali pertractet prout obligatur et tenetur. Alioquin si secus fecerit et mandatis nostris et predicte diffinitive parere contempserit, extunc dictis diebus elapsis prefatum Johannem prout excommunicamus in dei nomine in hiis scriptis excommunicare vos omnes et singulos vestrum supranominatos et cuilibet vestrum sub penis suprascriptis mandamus quatenus prefatum Johannem sic excommunicatum in vestris ecclesiis singulis diebus dominicis et festivis coram christifidelibus infra missarum sollempnia alta et intelligibili voce denuncietis et aliis denunciari faciatis. Datum die etc.

Comenda altaris ecclesie

Johannes Scolasticus Wladislaviensis, Reverendi in Christo patris et domini domini Johannis dei gracia Episcopi Wladislaviensis in spiritualibus generalis, discretis Rectoribus ecclesiarum in Clothno et Putzk [illegible] salutem in domino. Vacante ecclesia parrochiali in Balicharsk Wladislaviensis diocesis per resignacionem discreti viri domini P. ex causa permutacionis pro ecclesia parrochiali in Radziewo Ploczensis diocesis in manibus nostris factam extra Romanam curiam, ad quam ecclesiam per promicionem ad quem ius presentandi Rectorem ad eandem ecclesiam pertinet, aliquis fuit presentatus ne ipsius ecclesie predicte diutina vacacio animarum periculum ibidem inducat aut in spiritualibus ecclesie ministrandis plebi eiusdem ecclesie negligencia committatur, discreto viro domino P. Johanni de Plozsko presbitero Civitatis Ploczensis diocesis dictam ecclesiam in Balicharsk sic ut prefertur vacantem, sicut ius disposuit commendamus curam et administracionem spiritualium et temporalium eidem animarum regendam in eisdem committentes. Quocirca vobis dominis supradictis in virtute obediencie precipiendo mandamus quatenus memoratum dominum Petrum in possessionem dicte ecclesie sic commendate iuriumque et pertinenciarum eius nostra auctoritate inducatis, tuentes corporalem facientes inducto de singulis eius proventibus redditibus et obvencionibus a censuariis et redditariis integre responderi eidemque plebisanique eiusdem tamquam Commendatorio in omnibus obediant pariter et intendant. Datum Wladislavie vicesima die mensis Octobris Anno domini m° cccc° xiij° nostro sigillo presentibus appenso.

Revocacio Officialis

Johannes dei gracia episcopus Wladislaviensis universis et singulis dominis abbatibus prioribus prepositis decanis archidiaconis cantoribus Scolasticis Custodibus Canonicis tam ecclesie cathedralis nostre Wladislaviensis quam collegiatarum ac parrochialium ecclesiarum Capellis eius presbiteris curatis et non curatis ac omnibus et singulis clericis et [illegible] per et infra Civitatem et diocesim nostram Wladislaviensem ubilibet constitutis salutem in domino et presentibus fidem indubiam adhibere. Dudum iam ad presulatum ecclesie nostre Wladislaviensis cum divina ordinacione clemencia presidemus salubriter intendentes in nostra Wladislaviensi diocesi honorabiles viros dominum B. et S. [illegible] in ecclesia nostra Wladislaviensi [illegible] in Officialem nostrum et nostre totius Wladislaviensis diocesis constituimus ordinavimus et fecerimus. Sed omnem potestatem nostre iurisdictionis ac universitatis causarum eiusdem nostre Wladislaviensis diocesis [illegible] omnes et singulas causas tam civiles quam criminales forum nostrum ecclesiasticum concernentes dicte [illegible] plenariam in nostris subditis committendo prout hec et alia lacius in nostris literis sibi super hoc datis et confectis continentur, extra aliter [illegible] aliter dicto Officiali nostro et [illegible] nobis et nostris subditis ac ecclesie nostre Wladislaviensis predicte liberius et [illegible] ordinare intendimus [illegible] et [illegible] tamen [illegible] nostrum ad hoc [illegible] prefatum dominum Bogt. a predicto Officialatu

potestate jurisdictionis auctoritate mediante omnes et singulas causas coram ipso etc. quocumque modo pendentes tam civiles quam criminales absolvimus deponimus ac etiam amovemus. Auferentes ab eo dimittentes et ymmo jurisdictionis ordinarie sibi alias per nos concessum valentes quod alias de iudicio nostro litteris datis auctoritas nostri officialatus nullius sit firmitatis efficacie roboris vel momenti. Ac inhibentes eidem ne post de dicto officialatu nostro ac jurisdictione dicta potestate et auctoritate ordinaria nostra causis et negociis nostri fori ecclesiastici competentibus se decetero intromittat. Exhortamur vos universos et singulos dominos superius nominatos dictum nostram amotionem et depositionem de dicto officialatu nostro prefati domini vestri. Faciam intimari notificari insinuari et ad vestram et vestrum cuiuslibet noticiam deducimus et deduci volumus per presentes. Nichilominus ut commodius status nostri officii in diocesi nostra amplietur de persona ydonea nobis et ecclesie nostre utili de dicto officialatu regendo nobis divina nobis suffragante clemencia intendimus providere. Datum Ratzans

Absencia alicuius ecclesie

Salutem in domino etc. Cum honorabilis vir dominus P. Rector parrochialis ecclesie in C. certis de causis racionabiliter coram vobis expositis circa divinum sive ecclesiam in C. residenciam non possit facere personalem nobis devote supplicans quatenus eidem usque ad unum annum licenciam ab eadem ecclesia abessendi dare dignaremur. Nos ydoneitatem et ipsius causis dicti domini petri considerantes ipsius precibus favorabiliter annuentes tenendam licenciam eidem usque ad unum annum a data presencium computandam a dicta sua ecclesia abessendi. Ita tamen quod infra predictum annum presbiterum ydoneum alias curam divini non habentem in dicta sua ecclesia dereliquat qui plebisanus seu parrochianus loci preesse valeat prout et prodesse. Cui presbitero dicta durante absencia curam dicte ecclesie ac regimine committimus animarum. Datum

Littera executoria in causis particularibus

Salutem in domino. Pridem inter discretos Petrum Gradonis de C. actorem ex una et G. de ibidem reum parte ex altera de et super debito x gr. coram nobis suscitata nostra questionis iurgia causa vite ac litis contestatione et successive servatis servandis usque ad calculum diffinitive sentencie processum exstitit. Nos visis causis ipsius meritis et prout nobis secundum deum ac nostre conscientie consultos videbatur parte dicti vero nullus juris [illegible] quod inhibeat pro parte habuimus consultos. Comparente dicto P. a iure petitionem [illegible] memorati tenuimus reperire dictam petitum G. ab impeticione P. et dicti G. clitum absolvendum. Prefatumque P. clitum absolvendo dicta P. clita et ... absolvimus expensas inlite factas [illegible] in debiti tractus in judicio diffinitive ... quas expensas prima judiciali moderatione unacum [illegible] ad x gr. taxavimus recepto nichilominus ab ipso P. super dictis expensis corporali iuramento. Sicut hec omnia apud acta cuiusdam cause acticatis plenius continentur que et hic volumus habere pro expressis. Verum quia iamdictus prefatus P. coram nobis constitutus petivit huiusmodi datam nostram diffinitivam sentenciam per nos debite execucioni demandari. Nos itaque attendentes quod racio esset juris et quasi [illegible] preferre nisi debite execucioni demandentur. Peticionibus dicti P. laici justa petentibus annuentes citato parte adversa ad videndum sentenciam debite execucioni demandari. Nec non quod huiusmodi sentenciam execucioni debitis cupientes demandamus. Vobis igitur et vestrum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub excommunicationis pena mandamus quatenus ex parte dicti P. fuerint requisiti quatenus personaliter accedentes prefatum P. si commode ipsius habere poteritis presenciam alias in ecclesiis vestris publice [illegible] moneatis [illegible] Assignamus

eis ut diffinitive sententie pareat decimam O. x. gr. expensas et presenti processu det sol-
vat realiter cum effectu Alioquin etc.

In nomine domini amen Nos Sandivogius decanus et Canonicus Cracoviensis vicarius generalis in
spiritualibus generalis Reverendi in Christo patris et domini domini Johannis dei gratia episcopi Wladislaviensis
ac Officialis eiusdem Ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam tenore presencium
deducimus quod coram nobis in causa inter venerabilem virum dominum ac magistrum
Laurencium Canonicum Wladislaviensem actorem ex una et discretum dominum Martinum plebanum
in Zakrzewo Wladislaviensis diocesis reum de et super raptu et occupacione decime manipularis
post araturas molendinatoris in villa Bola uno post medium mansum kme-
thonalem quem nobilis Albinus heres de ibidem ipse colit depulso quondam Andrea
kmethone ab alia et eciam coram nobis orta fuit materia questionis magister Egidius Ni-
colai de Opathowia procurator et nomine procuratorio venerabilis viri magistri Laurencij
Canonici Wladislaviensis predicti de cuius procuratorio mandato apud acta nostra in Consistorii Con-
stabat atque constat plena fides Oblata citatione debite executa obtenta
in modum qui sequitur egit in decimam dominum Martinum plebanum de Zakrzewo in hunc modum
Coram vobis quod prefatus dominus Martinus de agro Molendinatoris in villa Bola prefato domino Lau-
rencio racione sue prebende de uno manso recepit de anno domini Mo cccc. xvj. deci-
mam in valore Quinque Grossorum [illegible] manu sacrilega et violenta spoliatum et ad
predictam pertinenciam Unde petunt etc. Quo audito magister Stanislaus procurator dicti
domini Martini plebani de Zakrzewo de cuius etc. procuratorio mandato constabat atque
constat plena fides apud acta amodo litis contestationi [illegible] recognoscendo quod recepit
de eodem manso decimam quia licet iste mansus fuit concessus ad tempus molendina-
tori tamen [illegible] dictum mansum heredes [illegible] ad mansos suos [illegible] veluti
materia fuit [illegible] mansus de agris Nobilium [illegible] de quibus debebat decima
plebano et sue ecclesie in Zakrzewo negando valorem Et mox magister Egidius
replicando dixit quod iste mansus fuit kmethonalis Nos vero Sandivogius de-
canus et Officialis predictus [illegible] conclusis mentem
nostram [illegible] ordinarie inter huiusmodi partes iudicialiter proceden-
tes [illegible] et debito ac iuris ordine et [illegible] ad nostram
diffinitivam sententiam in scriptis ferendam duximus et processimus prout per predicto
magistro Laurencio Canonico Wladislaviensi et sua prebenda et contra dictum dominum plebanum et
suam ecclesiam in Zakrzewo tulimus et in scriptis pronunciavimus in hunc modum
Christi nomine invocato pro tribunali sedentes et solum deum habentes pre oculis de [illegible]
peritorum consilio et matura inter nos deliberacione prehabita sufficienti et perceptis
que in presenti causa vidimus et cognovimus videmus et cognoscimus visis
actis [illegible] et testium deposicionibus ad maturitatem [illegible] Per hanc nostram
diffinitivam sententiam quam in hiis scriptis ferimus pronunciamus dicimus et decla-
ramus decernimus ac diffinimus decimam manipularem omnium et singulorum fru-
gum post araturas molendinatoris in villa Bola crescencium de et pro-
veniencium uno post medium mansum kmethonalem quem nobilis heres de
Albinus heres de Bola colit ipse depulso quondam Andrea kmethone ad
Canonicatum et prebendam Wladislaviensem et ad dominum Laurencium Canonicum modernum pertinuisse
et spectasse pertinereque et spectare dictoque domino Martino plebano in Zakrzewo
nullum ius in dicta decima competisse nec competere ac ipsam occupasse taliaque

se non licuisse facere nec licere supranominatam decimam competisse nec competere post aratruas
molendinatoris in Wola, et post medium mansum kmethonale quem Nobilis Albertus
ipse colit hiis diebus, eidem magistro Laurencio et suo Ecclesie Wladislaviensi ante et adiudicandum
fore et adiudicamus, ipsumque ad possessionem dicte decime restituendum et reintegrandum fore
et restituimus ac reintegramus, oppositionem molestationem et impedimenta prefatum
dominum Martinum plebanum dicto domino Laurencio ecclesie Wladislaviensi super dicta decima post
aratura molendinatoris et medio manso kmethonali, quem Nobilis Albertus ipse
colit et super occupatione eiusdem prefactum silencium imponendum fore, et Michaelem
ipsum dominum Martinum plebanum predictum super dampnis in dictorum fructuum et
annalium ~~Michaelem ipsum dominum~~ ipsi magistro Laurencio factis secundum iuramentum
ipsius magistri Laurencii super hoc prestandi ac in expensis litis coram nobis
propterea factis condempnandum fore et condempnamus, quarum expensarum taxacionem
nobis in posterum reservamus, lata et in scriptis promulgata. Hec est diffi
nitiva sentencia per nos Sandiwogium decanum et Officialem predictum die vicesima
mensis septembris decembris Anno domini M° CCCC° XXVII°, Indiccione quinta,
residendo sacris sedis Sinodo et fauctoribus [?] de electo ipse. presentibus discretis viris
Janussio de Olukzewo vicario et Johanne de Raczans [?] iunioris omni fide et
testimonio premissorum ... seu prius publico instrumento, manu sentenciam
diffinitivam in se continentem per Laurencium Johannis de Plomiczkowo publicum imperiali
auctoritate notarium infra scriptum coram nobis scriptam scribi et publicari madavimus nostrique
Officii sigilli Wladislaviensis appensione iussimus communiri.

~~Benedictus Archidiaconus Lanciciensis necnon ... et Officialis Sancte Gneznensis ecclesie ...~~
~~iudex causis et partibus infra scriptis per Sacrosanctam et generalem Sinodum~~
~~Constanciensem ...~~

Et ego Laurencius Johannis de Plomiczkowo Clericus Wladislaviensis diocesis publicus imperiali auctoritate
notarius ... venerabilis viri domini Sandiwogii decani ... et vicarii in
spiritualibus ac Officialis Wladislaviensis causarum coram eo scriba, ... post diligentem revo
lucionem actorum in huiusmodi causa coram ipso tamquam iudice ordinario actitatorum de
mandato ipsius ac decreto speciali hoc instrumentum sentenciam diffinitivam in se co
tinentem sic ut premittitur et ... in et ... actis fideliter extraxi
propriaque manu conscripsi nil addens vel minuens preter forte litteram vel sillabam per
habita quoque diligenti collacione ... scripturarum ... actitatarum, quia nil
variare vel mutare sensum aut intellectum ... ideo me subscripsi signo et
nomine meis solitis et consuetis consignando una cum appensione Sigilli Officialatus Wladislaviensis
in fidem et testimonium omnium premissorum.

Subdelegata ~~... de Gnezna Comissio~~

Benedictus Archidiaconus Lanciciensis necnon ... et Officialis Sancte Gneznensis ecclesie iudex causis et
partibus infrascriptis per Sacrosanctam Sinodum et generalem Sinodum Constanciensem specialiter
delegatus venerabili viro domino Officiali Wladislaviensi Salutem in domino et mandatis nostris
... dicte Sacrosancte Sinodi ~~Cons~~ Constanciensis firmiter et humiliter
obedire litteras Comissionis eiusdem Sacrosancte Sinodi cum vera bulla plumbea
in cordula canapis more Romane Curie dependente bullatas sanas salvas

et integras non viciatas non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas sed prorsus
omni vicio et suspicione carentes nobis presentatas magistrum Andream de Rakosz
Advocatum Causarum Consistorii Gneznensis comparentis litteram. Honorabilis viri domini
Andree Rectoris Parochialis Ecclesie in Ludbrancz in dictis litteris principaliter nominati
parte de sue procuratoris mandato per instrumentum publicum de manu Simonis Wsthem-
konis de Ossino clerici Wladislaviensis diocesis publici auctoritate Imperiali notarii fecit ple-
nam fidem presentatas nos cum ea qua decuit Reverencia recepisse noveritis huiusmodi sub
tenore. Sacrosancta et generalis Synodus Constanciensis dilecto ecclesie filio Officiali
Gneznensi Salutem et omnipotentis dei benediccionem. Dilecti filij Ecclesie Andree
Rectoris Parochialis Ecclesie in Ludbrancz Wladislaviensis diocesis precibus inclinati presencium tibi
auctoritate mandamus quatenus ea que de bonis ipsius Ecclesie alienata inveneris illicite
vel distracta ad ius et proprietatem eiusdem Ecclesie legitime procures revocare [illegible]
Contradictores per censuram Ecclesiasticam Appellacione postposita compescendo
Testes autem qui fuerint nominati si se gracia odio vel timore subtraxerint cen-
sura simili Appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Con-
stancie Tercio Nonas July Anno a Nativitate domini millesimo quadringentesimo decimo septimo
Apostolica Sede vacante. Cum igitur nos variis magnis et arduis prepediti negocijs
ad execucionem dicti mandati predicte Sacrosancte Synodi quo ad presens intendere
non valeamus de consensu et ad peticionem predicti magistri Andree procuratoris ve-
nerabili viro domino [illegible] plena in domino fiducia Auctoritate nobis in hac
parte commissa tenore presencium in toto committimus vices nostras donec eas ad nos
duxerimus revocandas vicarius(?) vobisque in virtute Sancte obediencie et sub pena
excommunicacionis quam in vos trina tamen dumtaxat dicta canonica monicione premissa in
hiis scriptis ferimus nisi mandatis nostris huiusmodi paruerimus(?) eiusdem Sacrosancte Sy-
nodi et Constanciensis cum effectu parueritis districte precipiendo mandamus quatenus
hiis qui vobis ex parte magistri Andree plebani fuerint nominati ad
eundem diem evocatis causas audiatis procedatis cum omnibus emergentibus incidentibus
dependentibus et connexis fine canonico terminetis faciendo quod decreveritis per censuram
Ecclesiasticam a partibus hincinde Appellacione cessante firmiter observari. In premissis(?)
tradicionem a Sacrosancta Constanciensi Synodo nobis forma In quorum omnium
fidem et testimonium premissorum presentes nostras Subdelegacionis litteras per Andream
notarium infrascriptum scribi et publicari mandavimus Officialatus appensione Sigilli
iussimus communiri. Actum et datum Gnezne in domo habitacionis nostre Anno domini
Millesimo quadringentesimo decimo octavo Indiccione undecima Pontificatus Sanctissimi
in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providencia pape quinti Anno primo die
Mercurii quintadecima die mensis Junij hora quasi tercia presentibus Venerabili discreto
et Nobili viris dominis Stanislao Archidiacono Wladislaviensi Michaele de Lbnyow(?)
Gneznensis(?) diocesis Notario publico et Wylczkone de Baranowo Wladislaviensis diocesis
testibus circa premissa. etc.

